

REGVLAE DE SPECIE
emergente ex divisione duorum nu-
merorum Astronomicorum
cujuscunque speciei,

I. Integrum divisum per integrum, producit inte-
grum.

II. Integrum divisum per Speciem quamcunque ge-
neris alterutrius, producit speciem eandem generis di-
versi. ut partes per sexagenas primas divisa, produ-
cunt scrupula prima: Divisa per scrupula prima pro-
ducunt sexagenas primas.

III. Species quaecunque generis alterutrius, divisa
per integra, producit eiusdem generis speciem eandem.
ut scrupula prima divisa per integra, producunt scru-
pula prima. Sexagena secunda, divisa per integra, pro-
ducunt sexagenas secundas.

IIII. Species eadem generis alterutrius in se divi-
sa producunt integrum.

V. Species quaecunque generis alterutrius, divisa per
speciem diversam generis eiusdem, producit eam spe-
ciem, quam ostendit relictum ex subtractione denomi-
nationis minoris à maiore, referendam aut ad genus
idem, cum denominatio dividendae speciei fuerit ma-
ior denominatione divisoris: aut ad genus diversum,
cum denominatio divisoris, fuerit maior denomina-
tione speciei dividendae.

VI. Species quaecunque generum diversorum in se
divisae